

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Paupertas z  
cum fontibus primis

Non sibi felix pauper esset nisi  
felices cecidisse  
uideret.

rarum est felix idemque senex: / quos  
felices Cynthia uidit, / uidit miseros  
enata dies, /  
nec sibi felix pauper habetur, / nisi  
felices cecidisse  
uidet.

Lucius Annaeus Seneca (dubium),  
*Hercules [Oetaeus]*, 641-3, 673-4 (O.  
Zwierlein ed., p.360).

Honesta res est leta paupertas,  
illa uero non est paupertas, si leta est.  
Cui cum paupertate bene conuenit, ←  
diues est.  
Non qui pauperum habet, sed qui plus  
cupit, pauper est.

Hodiernum hoc est quod apud Epicurum  
nactus sum (soleo enim et in aliena  
castra transire, non tamquam transfuga,  
sed tamquam explorator):  
'honesta' inquit 'res est laeta paupertas'.  
Illa uero non est paupertas, si laeta est;

non qui parum habet, sed qui plus  
cupit, pauper est.

Seneca epistola X.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*  
*epistulae morales*, 2, 5-6 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.3, ll.16-21).

→ Cui cum paupertate bene conuenit,  
diues est.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*  
*epistulae morales*, 4, 11 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.7, ll.27-28).